

Periculum grandius imminet ἀπὸ τῆς Διαθέσεως μεγέθους, à dispositionis si adsit, *vehementiâ*, & à statu naturali recessus major.

Ratione κακοηθείας periculosus est nonnunquàm causus, eoque gravior, quò symptomata erunt graviora.

TEMPORA sua velociter percurrens causus, periculosissimus in STATU existit. IMMINENTI auxiliatrices possunt ad moveri manus. PRÆSENS & in vigore quando est, diligenti opus circumspectione, ut natura & vires perferre valeant; sin secùs, actum est de salute ægrotantium.

CAPUT XXVI

à postessentialibus petit prognosin.

Τὰ ἐπὶ προσώδεα, *postessentialia*, seu ex necessitate consequentia respiciunt SYMPTOMATA, quæ si interiora fuerint, levem salutis spem promittunt.

Certos nos facit de periculo insigni ACTIO LÆSA VITALIS. COR, vitæ fulcrum, cùm has turbas impetuosas ferre nequeat, omnia sunt in angusto & malum est præ foribus omen. PULSUS graviter læsus, languidus, spirituum resolutionem significat. Tremulus & simul intermittens, lethalityatem annunciat. Nonnunquàm pulsus in ejuscemodi febribus SANORUM SIMILIS cum urinâ observatur, ut etiam medicos decipere soleat imperitos. *Verùm* periculosissimum designat morbi statum.

NATURALIS actio benè se cùm habet, bonum signum; cùm læsa est & malè se habet, periculum ostendit. Omnia coctionis signa bona, & ἔυ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν, *benè se ad oblata habere, bonum, 2. aphor. 33.*

SITIS carentia, mala. Δίψα ὡφελόγως λυθῆσα ἐν ὀξείᾳ κακόν. *Sitis in acutis præter rationem, quæ antè aderat, ablata, malum. Ita divinus Senex in Cois prænotionibus t. 57. Veruntamen τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κερφίζουσι, μὴ πιστεύειν, iis, quæ non secundum*

G

cundum